

N. 10.

A. D. 1035.

(novembre, Indiz. III).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Canne.
<i>Rogatario</i>	Gregorius diac. et not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,66, largh. 0,32.
<i>Scrittura</i>	Corsiva.
<i>Contenuto</i>	<i>Datiano, f. Maraldi, di Canne, alla presenza di due turmarchi e di un giudice, fa ampia e completa donazione di ogni suo possedimento in favore di Maraldus nato da sua figlia Romata, a condizione che, morendo questi senza figli legittimi, i suddetti beni passino alla sua parentela, avente diritto come per legge.</i>
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine domini nostri iesu christi, secundo anno imperii domini Michail sanctissimo imperatore nostro mense nobember tertia inductione. Ideoque ego Datiano f. Maraldi de civitate Canni, clarefacio quia congruum est michi donare inclita medietatem ex omnibus rebus meis stabilibus et mobilibus ad Maraldo nepotem meum filium Romate qui fuit filiam meam. et sic ante presentiam Basili et Cati turmarchis. et Petri iudicis et testium subscriptorum, per fustem seu et per hunc videlicet scriptum, bona mea voluntate dono atque trado tibi q. s. Maraldi nepotem meum filium prenominate Romate filiam meam. hec est ut dixi inclita medietate ex omnibus rebus meis stabilibus et mobilibus. idest casis casilis, curtis et plateis, tam infro civitate Canni quam et de foris per villis, vineis, vinealis, territoriis, campis silvis, pascuis pratis, aquis cisternis, lacora, piscine, olibetis et ceteris arboribus pomiferis atque infructiferis, cultum vel incultum, servis vel ancillis, peculia magna vel parva, aurum vel argentum, ferrum vel herem de omnia vero et in omnibus, ubicumque de rebus mea invenire potueris. inclita medietate donavi tibi q. s. Maraldi ut prelegitur, una cum inferius et superiusque suis cum trasite et exite sue, et cum omnia infro se habentem. Unde nec mihi q. s. Datiani neque ad heredes meos neque ad nullus quempiam hominem nichil exinde ibidem reservavi portionem requirendum. set sicut prelegitur tibi q. s. Maraldi nepotem meus, donavi semper ad habendum vel ad possidendum et faciendum exinde ab odierna die omnia que vestra fuerit voluntas, tam tu q. s. Maraldo, quam et filiis filiabus tuis, qui ex te nati fuerint de legitimam uxorem, et faciatis exinde que volueritis. Sic denique ut tu q. s. Maraldus, et filiis filiabus tuis legitimis, habeatis hic in predicta civitate Canni. et teneatis et possideatis his dictis rebus in supradicta ratione, et faciatis pro iamdictis rebus sortionem de ipsa stratis dominica quod vobis per legem cedere debes. inter ipsa parentela mea. Verumtamen si tu q. s. Maraldus fuerit absque filius (*sic*) filiabus legitimis mortuus predicta rebus mea stabile redeat in potestatem de ipsa parentela mea, qui per legem eam habere debeat. Unde pro predicta mea donatione sicut prelegitur, statim ego q. s. Datiano recepi a te q. s. Maraldo nepotem meum, exinde lau-

5

10

15

20

25

negilt uno pillorico serico, confirmataque hanc meam donationem per susceptum launegilt  
 sicut prelegitur, quatenus a presenti die ea que prelegitur habeas et possideas, illut tam  
 tu q. s. Maraldo quam et filiis filiabus tuis legitimis in supradicta ratione. Unde et bona  
 30 mea voluntate ego q. s. Datiano guadiam dedi tibi q. s. Maraldi nepotem meum et media-  
 tores tibi posuit Chrusafi f. Maioni et Iohanne cognatus meus f. Garami clerici ea ratione,  
 ut ego q. s. Datiano et meis heredibus fiamus defensores tibi q. s. Maraldi tuique heredi-  
 bus de ista mea donatione sicut prelegitur ab omnes homines, qui illut vobis tollere aut  
 contrare voluerit, quod si hec omnia vobis adimplere noluerimus et causationes vel inten-  
 35 tiones vobis inde mittere voluerimus seu si aliquando tempore ea que superius legitur vobis  
 retornare aut removere voluerimus per nos ipsi aut per summissas personas, seu per qua-  
 liscumque hordine vel ingenium, obligo me q. s. Datiano et meos heredes dare tibi q. s. Ma-  
 raldi tuique heredibus quingentos solidos constantini boni soterici et alii quingenti solidi  
 in dominico, et ea que prelegitur adimpleamus vobis seu omni tempore stet per invitatis, per  
 40 eadem guadia et iamdicto mediatori qui vobis q. s. Maraldi tuique eredibus licentiam tri-  
 buerunt pignerare se et suis heredibus sine compellatione per omnia causa eorum pignera  
 legitima et inlegitima usque dum adimpleamus vobis q. s. Maraldi tuique eredibus omnia  
 ut superius legitur. et quam enim hunc scriptum donationis in supradicta ratione, firmum  
 et stabile permaneat, quam te Gregorius diaconus et notarius scrivere rogavimus et ibi  
 45 fuisti actu mense et inductione supranominata.

† υαστιλι τυρμαχ(ρχα) υπεγραψ.

† Ego q. s. Kato turmarcha.

† Ego q. s. Petrus iudex.

† Ego Grisanto.

50 † Ego Teodelcari.

† Εγο Ηξηνθος.

† Ego Risando diaconus.

† Εγο Νηκολαος.

† Ego Gregorius.

55 † Ego Petrus.